Núm. 28. Miercoles 10 de Octubre de 1866. Año xiv.

# BOLETIN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEON.

El 1.º del actual se verificó la apertura del curso en el Seminario conciliar, cuyo acto siempre solemne é interesante, lo fue mucho mas este año por la asistencia de los cuatro dignísimos Obispos, á saber; el de esta Diócesi, el de Astorga, el de Palencia y el de Guadix. Tambien se sirvieron concurrir el Sr. Gobernador civil, el militar, el señor Provisor, y las comisiones de varias corporaciones eclesiásticas y civiles, como igualmente un gran número de personas de todas las clases de la sociedad. El notable discurso inaugural pronunciado por el Sr. D. Alejo Pascual Diez catedrático del Seminario merece ser leido con atencion.

Nuestro celosísimo Prelado continúa mirando con prediliccion especial el Seminario, y no omite medio á fin de que sea un excelente plantel de Ministros de la Iglesia. El fallecimiento del Sr. Monge (q. e. p. d.) y la salida del Sr. Bausela, Secretario del Ilmo. Sr. Obispo de Guadix, eran dos pérdidas ambas recientes y harto sensibles. Pero S. E. I. ha sabido proveer las dos vacantes con gran acierto; y por ello felicitamos al Seminario.

La variacion mas importante y trascendental es la que se ha hecho en el estudio de la Filosofía. S. E. I. que ha sido uno de los Prelados que mas vivas gestiones han practicado á fin de que se levantase el inexplicable entredicho que pesaba sobre los Seminarios, y surtieran los estudios de Filosofía hechos en ellos los mismos efectos que en los Institutos de 2.ª Enseñanza; no ha podido menos de saludar con gozo el Real decreto de 3 de Setiembre último, que ya conocen nuestros lectores. S. E. I. se ha apresurado pues á utilizar los beneficios de las sabias disposiciones de nuestra Soberana (q. D. g.) encomendando las asignaturas de Griego y de Francés á dos acreditados Profesores del Instituto Provincial, debiendo desempeñar las demás que constituyen la segunda enseñanza los catedráticos de Filosofía del mismo Seminario. Por consiguiente, los alumnos de este quedarán habilitados para el Bachillerato, y para las carreras civiles; y no tropezarán con el gravísimo inconveniente de tener que elegir carrera y estado á los diez años: sino que siempre estarán á tiempo de pasar á los Institutos ó á las Univer-

sidades los que no se encuentren con fuerzas y verdadera vocacion para arribar al tremendo cargo de Ministros de Jesucristo. No, no habrá ya las vocaciones forzadas ó de compromiso que deploraban hasta aquí amargamente lor Príncipes de la Iglesia de España.

Pero ¿es solo la Iglesia la que ha ganado con las disposiciones del Real decreto de 3 de Setiembre? No, ha ganado la segunda enseñanza que será dada con mayor zelo y provecho, como consecuencia del noble y laudable estímulo entre los diferentes establecimientos en que aquella se suministre bajo las mismas garantías legales. Por otra parte, la sociedad estaba altamente interesada en que no permaneciesen cerradas las puertas de las carreras civiles para muchos de sus hijos, jóvenes aventajados, solo por haber recibido su instruccion al lado de los aspirantes al sacerdocio y en aulas donde se comunica la ciencia sin perder nunca de vista el destino del hombre en el tiempo y en la eternidad.

Nos es preciso renunciar á exponer todas las consideraciones que este grave asunto nos sugiere, para poder publicar íntegro en este número el discurso inaugural de la apertura del curso del Seminario.

Tyrónibus scientiæ Dei sese consecrántibus, venia vestra, *Excellentissime ac Illme. Præsul, Antistites Clarísimi cæterique omnium ordinum auditores sapientissimi.*

Tyrónibus scientiæ Dei sese consecrantibus philosóphicam cognitionem necessariam esse nemo sapiens usque adhuc in dubium revocavit; sin illa enim perdificillissimum est eorum animos á mortífero liberare veneno, quod fraudulentissimè propinatur in tot systemátibus tam artificiosè in hac nostra ætate confectis, quorum scopus, licet aliunde máximam erga Deum venerationem, ardentémque erga hómines amorem respirent, ipsius Divinitatis notionem, si posibile esset, evértere, moralitatis et justitiæ ideas delere, atheismum prædicare, confussionem et horrorem in societatem invéhere, absque dubio est.

Inconsutilem J. C. vestem scíndere, patriæ viscera dilacerare, et ipsius societatis fundamenta convéllere pro objeto habent, ut videre est in tot foliis, quæ in lucem édidit Germania, et á quam plúrisimis avidiùs leguntur et adoptantur, ita ut horum impiorum dógmatum immineret dominatio nisi scriptum esset: "et portæ ínferi non prævalebunt adversus eam."

Inprudentissimum proinde foret, si hos errores, et ad eos vitandos remedia ignorarent, qui sal terræ mundique lux aliquando futuri sunt. Propterea, júvenes scholares, vos qui Ecclesiæ statúsque spei objectum estis, in obeundo munere vobis á Providentia demandato et in fidutia ab eo vobis facta rependendenda sine intermissione tempus térere debetis. Timor enim Dei omnis sapientæ initium, ad scrutanda abstrussa philosóphiæ arcana óptima dispositio est.

In Minervæ sanctuario adest inextinguibilis lucerna ardens omnes ejus cultores illúminans, intellectus caliginem depellans, cum quâ sophismata ad púlverem redúcetis, et hoc modo religioni patriæque perutillísimi eritis. Nihil ad hujus brevis orationis attingendum scopum tam aptius duxi, quam funesta consectaria ex núpera philosophia profluentia leviter adumbrare, proinde sequens thesis illius objectum constituet scilicet:=Impietas et socialismus philosophiæ pantheisticæ ultimæ evolutiones sunt.

Nihil tan utilius hodie vestraque attentione dignius, propterea pro vestra in me benevolentia favéte.

Hujus auditori illustratio, reique dignitas scientiam, oratoriasque dotes, quibus non sum ornatus, certe exigunt, sed vestra indulgentia innixus Dignissime Præsul, onus suscepi, quod ferre recussant débiles humeri mei, necesitate vero coactus ad quæstionem deveniam

Omnis philosophiæ religionísque multorum populorum basim Pantheismus constituit. Unicam exclusivàmque substantiam, de qua mundus et hómines attributa sunt, in Vedis sub forma infiniti, in Neoplatónicis aliisque philósophis sub unitate suprema, novissime vero Fichteus in idealismo subjectivo, vel in objectivo Schellingius videmus deffénderе, omnémque scientiam deturpare: sed licet incredibile videatur ab omnibus fere philósophis errorem sensui communi contrarium admissum fuisse, hodie inficiari nequit. ¡Digna superbiæ hóminum pœna!

Verum tot reiterati conatus stériles evasserunt ad eum constituendum tamquam humanitatis fidem; et quamvis prácticè et in rebus concupiscentiæ faventibus, per quod eum timére debemus, acceptus sit, tamen nunquam ejus principia in symbolo erigentur populorum, murus enim æneus adversus quem sua sophismata incutientur, quique nos impellit ad existentiæ tam finiti quam infiniti, Dei, hominis, et universi admissionem, erit intuitus, irresistibilis, ac inexplicabilis vis ad causam supremam intelligentem, omniumque rerum originem cognoscendam; vita enim moralis et spes nostra in illa sicut in vasto fundamento requiescit, et nunquam abstractas substantiæ et existentiæ notiones, quas vix comprehendit, pro Deo humanitas recipiet.

Solum mente capti substantiam impersonalem Spinosæ, puram Hegelis notionem tamquam veneratione dignas possunt offerre: omne attributum et modificationem, extensionem et intellectum, ideale et reale, ipsum denique orbem ab illis séligite, et notio pura, abstractio metaphysica sine vita et virtute remanebit.

In Pantheistico systémate Deus evanescit, hómines et mundus exhalantur, absolutique abyssus omne deglutit, ita ut philosophia tot encomiis ellata, et tamquam summo progressu considerata irrationabilis absurdaque est; etenim suam præstantiam absoluta constituit negatio,

omnes tan naturalis quam supernaturalis órdinis veritates suis cultóribus spoliat, ad insensatum scepticismum eos ducit, in illisque perfectissime Apóstoli oráculum adimpletur dun ait: "et judicantes se esse sapientes, stulti facti sunt." Prædicta philosophia impium ac fucatum Pantheismum Deum cum cæcis naturæ viribus confundentem, fidémque ejus sapientissimi, liberrimi, ab illisque distincti, et aliarum veritatum notiones, sine quibus innatæ hóminis propensiones inexplicábiles fiunt, corruentem, extolit, et prædicat. Pantheistæ cum suo systémate amorem, venerationem, ac fiduciam, quam in Deo habent, conciliare conantur, sed máxime stulta habetur ejus gratitudo, quia necessario agit et æque sibimetipsis áccidit.

His autem constitutis principiis, omnis virtus, fides, et spes é societate effugiunt, quia juxta ipsos quidquid videmus exístere illusio est; cháritas vero et religio, utpote Deum et hominem confundentes, ac proinde relationes inter illos necessarias ad existentiam harum aliarùmque virtutum, quæ eos tamquam suum objectum respiciunt, ad nihilum reducuntur.

In universalis identitatis systémate ficticia omnis justiciæ legisque notio est; nam si ùnica datur substantia et hæc est Deus, òptimun esse necesse est quidquid ab ipso procedat, utpote ipsemet suarum actionum erit exemplar, sed omnis libertatis expersunde tota moràlitas oríginem ducit, ac proinde solum hominis appetitus prout humanarum actionum règula habentur, et quisquis eis adversatur, munus suum non implet, quia vel omnem obligationem Pantheismus àdimit, vel in connaturali hominis propensione ad suas voluptates satisfaciendas constitùere necesse est.

Frustrà ad impias funestiásque deductiones evadendas ad commune confugiunt bonum: propiam enim uniùscujusque utilitatem esse règulam illorum hóminum, qui ex corde suo Deum rejecerunt ut pantheisticam amplecterentur illusionem luctuosa testatur expérientia.

Spinosa, cæterique pantheistæ ad vitandos scópulos, quos eis ratio et expérientia opponunt, contra quos suum systema esset evertendum ad graviorem devenerè, legem fortioris statuendo: verum tam absurda hipótesis societatis naturam deturbat, nam loco refugii, ubi homo placidissime vivat, suarumque necessitatum remedium obtineat, in horribili spelunca monstruorum, qui diré ac crudeliter persecuntur, et neccantur convértitur. Lácrymæ pauperis, gémitus infirmi, desolatio fratruum suorum ad corda indurata emolienda inútiles fiunt. Nec hiperbólice loquor; talis enim gentis cultura suprámodum extóllitur: áttamen suorum paúperum inopia intolerábilis réditur, ubi absque misericordia puniuntur púeri, quia labore oppressi insoportábile onus á Dómino inhumano et crudeli impósitum subire nequeunt; eis necessarium dénegant

cibum, quem frolis liberaliter larguntur, charitas et misericordia ab eis recesserunt, ut durities, cœteræque passiones irreperent.

Hæc tam funesti erroris mala alterius terribilioris præcursores sunt, insondabilis abyssus societatem devorantis nisi pro aris et focis ad formidabilem hostem qui nos minitat, convellendum laboremus.

Societatis enim immicus absque dubio est, qui charitatem, uniuscujúsque officii adimpletionem, cæterorum jurium observantiam, omnisque societatis fundamenta suffodit, et ad horribilem anarchiam infalibiliter ducit, ubi æterna justitiæ principia sociorum régula spreta sunt eisque inordinatæ succedunt passiones, cujus socialismi eructationés jam in caro nostro regno aliquoties reiteratæ, irreccussábile prófferunt testimonium.

In pluribus provinciis desolationem, incendium, et confussionem seminarunt; et si anárchicæ revelionis términum scire concupiscitis, nigros Galliæ annales evólvite, et vix ad tam horribilia legenda erit vobis ánimus.

Hæc gens, quæ secundum paternas traditiones légere non voluit, suum scelas sub carnificibus expiavit: Ludovico XVI benéfico ac mansueto Regi ferox Robespierre successit, qui una cum cæteris sociis in omnibus illius regni regionibus sánguinem illustrem ac innocentem copiosè profudit; sed sicut Abelis vindicatus fuit cum inhumanorum infausta nece; adversus hos autem, qui etiam meretricem adoraverunt, atheismúmque, et legem fortioris, ac proinde omnium jurium violationem in comitiis proclamarunt, tremenda Dei justitia vissibiliter revelata est.

Hæ violentæ commotiones societates concutientes errorum philosophiæ fructus naturales sunt, sed nihil tan aptius quam Pantheismus, qui omne jus cum suo identitatis principio evertit, et communismum infinitum inter ac finitum, et consecuenter inter omnia finita, docet et prædicat.

Absortæ magnæ Dei, et universi personalitates in única substantia commentitia erit dixtinctio superiores inter ac inferiores, et inter omnia jura, quæ ad ea referantur, eo quod nullo modo potest adscribi res aliqua, cui semper non pertinet, hoc enim omnis proprietatis fundamentum constituit; nam personalitate sublata, ruit etiam omne jus, quia hoc in liberi arbitrii motu, quo bene vel male ágimus, situm est: ast secumdum phanteisticam doctrinam libertas evanescit, et ómnibus nostris actionibus quædam fatálitas præst: hinc est omnem societatem, quæ jure nititur, tamquam tyránicam et viliossam habendam, omnem religionem illud sancientem, sicut mendacem, Deum Christianorum ut magnum hujus inordinationis fautorem, hominésque ut ejus ludibria: propterea omne est destruendum ad nostrarum voluntatum, et institutionum concordiam cum nostris appetitionibus, et instinctibus stabiliendam; hoc est jus, secumdum pantheisticam doctrinam, hic progressus, et perfectio.

Minervæ cultores, hic Pantheismum ab omni veste exutum habetis humanæ inteligentiæ uberrimum fructum, malorùmque humanitatis efficacissimum medicamen justa ejus asseclas; sed revèra omnium calamitatum fontem, cunctarúmque perturbationum originem.

Cavete ergo, juvenes scholares, ab istorum seudoapostolorum seductione, licit enim sese cum oviná pelle ornent, intus feracissimi lupi sunt; nam quamvis in ore eorum sit Deus, tamen exul est ab eorum corde, etsi rationis privilegia extollant, ipsius infenssisimi hostes, et denique tametsi charitatem verbiis prædicant, ipsorum tamen idóum propium cómmodum est.

Hujus systématis funesta consectaria mature espéndite, et artam obligationem corrigendi strages tóxici mortiferi, quod ubique celeriter serpit, percipietis; perurget proinde necéssitas incesanter laborandi ad adipiscendam scientiam, quan gravissimæ necessitates, quas experimus, requirunt; et ita peragentes parentum solicitúdini, magistrorum studio, societatis spei respondèbitis, atque etiam animum Antistitis nostri clarissimi explébitis, qui omni molimine contendit, nullamque admittit intermissionem, ut ad sapientiæ culmen studiosa conscendat juventus.

Ipse enim, præter plúrima quæ in omnium óculis versantur, Conciliorum et Pontificum mónitis obsequens, Canónici juris disciplinam in hoc statuit Seminario, Thológici studii curriculum ita complens: hujus præterea sæculi conditionem atque tendentiam ápprimê cognoscens, nullisque súmptibus ac labóribus parcens, phísicæ condidit Gymnasium præcipuis ornatum instrumentis: quâ agendi ratione, et quidem omni laude dignissima, eorum os, ut ita dicam, obtrúditur, qui lucis et progressuŝ lamatores et deffensores arroganter dicti, oscurantismi patronos, et progressus remoratóres nobis impudenter dictitant, atque calumniantur.

Vos dènique jùvenes scholares, Benigníssimæ ac Magnánimæ nostræ Reginæ, ejúsque Fomenti Ministro gratias habete, memoria retinentes nuper ab ea vobis concessum beneficium; ipsa enim unâ cum Apostólico Nuntio latíssimam ómnibus curriculis viam vobis aperuit, pronas præbens aures juxtíssimis Episcopornm petitiónibus, cujus quidem dispositio summópere conveniens est, inter alias rationes, ne plurìum júvenum violentur vocationes: nunc autem superest, jùvenes carissimi, ut incessanter studentes nobilissimam comparetis scientiam quam máxime hodie necessariam, ut prudenter omnino humane, ac sobrie sapiatis; et hoc modo incidentes munia à religione patriàque vobis impóssita, et libenter à vobis admissa satisfactorie adimplébitis.

Dixi.

El cuadro de la enseñanza es el siguiente:

| Años. | Asignaturas. | Profesores. | Testos. | Dias de leccion | Horas mañana | Horas tarde | Cátedras. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | **LATINIDAD Y HUMANIDADES.** | | | | | | |
| 1.° | Rudimentos de las lenguas latina y castellana, principios de sintaxis y doctrina cristiana. . . . . | | | | | | |
| 2.° | Complemento de la sintaxis, prosodia, ortografía é historia sagrada. | | | | | | |
| 3.° | Elementos de retórica y poética. . Principios de lengua griega. . . Historia general. | D. Higinio Rubio. . . . | Cruz-Gonzalez-Andrés. . . . | Alternados. | 11 á 12. | | núm 3 |
| 4.° | Aplicacion de la retórica y poética. Conclusion de la lengua griega. . Historia de España. | D. Higinio Rubio. . . . | Cruz-Gonzalez-Andrés. . . . | Alternados. | 11 á 12. | | 3 |
| | **ESTUDIO ESPECIAL.** | | | | | | |
| | Lengua francesa. . . . . . . | D. Jacinto Mongelos. . . | Cornellas-Ascaso. | Todos. | | 4 á 5 | 6 |

Los estudios de latinidad y humanidades cuya enseñanza nó se halla aun establecida en el Seminario se harán precisamente con profesores habilitados, debiendo matricularse antes y sufrir el exámen al final del curso en esta escuela. A estas condiciones no se entienden sujetos los alumnos del seminario de San Mateo de Valderas.

En la misma forma podrán tambien cursarse fuera del establecimiento las asignaturas de griego y francés que en él se enseñan.

El estudio de la lengua francesa, aunque no obligatorio en la carrera eclesiástica, es indispensable para optar al grado de bachiller en artes.

| Años. | Asignaturas. | Profesores. | Testos. | Dias de leccion | Horas mañana | Horas tarde | Cátedras. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | **FILOSOFIA.** | | | | | | |
| 1.° | Lógica, metafísica é historia de la filosofía. . . . . . . . | Lic. D. Julian Perez. . | Cuevas. . . . . | Todos. | 8½ á 10 | 3 á 4 | 6 |
| 2.° | Etica y elementos de matemáticas. | Br. D. Alejo Pascual. . | Cuevas-Cardin. . | Idem. | Idem | Idem | 5 |
| 3.° | Física, química, historia natural y geografía descriptiva. . . . | Dr. D. Juan Manuel Carlon. | Valledor y Chavarri-Galdo-Palacio. | Idem. | 9 á 10½ | Idem | 7 |

## TEOLOGIA.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1.° | Fundamentos de religion y lugares Teológicos. | Dr. D. Dionisio Gutierrez. | Perrone. | Idem. | 8½ á 10 Idem. | 2 |
| | Lengua hebrea. | Dr. D. Baltasar Rodriguez. | Slaughter. | Alternados | 11½ á 12 | 6 |
| 2.° | Teología dogmática, é historia y disciplina eclesiástica. | Br. D. Juan L. Castrillon. | Perrone-Palma. | Todos. | 8½ á 10 Idem. | 3 |
| | Lengua hebrea. | Dr. D. Baltasar Rodriguez. | Slaughter. | Alternados. | 11½ á 12 | 6 |
| 3.° | Teología dogmática y moral é historia y disciplina eclesiástica. | Dr. D. Fabian Zorita. | Perrone-Gury-Palma | Todos. | 8½ á 10 Idem. | 1 |
| 4.° | Teología dogmática y moral é historia y disciplina eclesiástica. | Dr. D. Pascual Colchero. | Id. id. id. | Idem. | 10 á 11½ 3½ á 4½ | 4 |
| 5.° | Crítica y hermenéutica general, patrología y oratoria sagrada. | Sr. Lectoral. | Janssens—Annato-Martinez. | Idem. | 9 á 10 | 4 |
| 6.° | Crítica y hermenéutica particular, patrología y oratoria sagrada. | Lic. D. Francisco Fernandez | Id. id. id. | Idem. | 10 á 11½ | 1 |
| 7.° | Disciplina del concilio de Trento y particular de España. | Dr. D. Baltasar Rodriguez. | Gallemart-Villodas. | Idem. | Idem. | 2 |

Los alumnos de quinto año de Teología asistirán por la tarde á las lecciones de moral en la clase de tercero.

## DERECHO CANONICO.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1.° y 2.° | Derecho público eclesiástico é instituciones canónicas. | Sr. Doctoral. | Devoti. | Idem. | 9 á 10. | 8 |

## CARRERA ABREVIADA.

1.° Los alumnos de este año asistirán á la clase de primero de filosofía para la carrera completa.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 2.° y 3.° | Nociones de teología dogmática | Dr. D. Valentin Ventades. | Perrone (compendio) | Idem. | 10 á 11½ | 5 |

Los alumnos de estos dos años asistirán por la tarde á las lecciones de teología moral para los de carrera completa en las clases de tercero y cuarto respectivamente.

CIRCULAR NÚM. 21.

*Con fecha de ayer dice el Sr. Gobernador civil de esta Provincia al Excmo. é Illmo. Sr. Obispo de esta Diócesis lo que sigue:*

«Excmo. é Illmo. Sr.=Por el Ministerio de la Gobernacion con fecha 2 del actual se me dice de Real órden lo siguiente.

Habiendo llegado á conocimiento del Gobierno de S. M. que en algunas provincias de España se siguen celebrando exequias de cuerpo presente en las Iglesias á pesar de la prohibicion espresa que establecen las Reales órdenes de 8 de Setiembre de 1865 y 6 de Julio del presente año, y considerando que el estado sanitario de Europa no permite todavía abandonar el sistema general de restriccion en el régimen sanitario y de precauciones higiénicas, adoptado por el Gobierno, que tanto ha contribuido á libertarnos hasta el presente de tan terrible azote, S. M. ha tenido á bien mandar consagre V. S. un especial cuidado á este importante servicio, no permitiendo infraccion alguna á lo dispuesto en dichas soberanas disposiciones. De Real órden lo digo á V. S. para su mas exacto cumplimiento.»

Y tengo el honor de trasladarlo á V. E. I. para su conocimiento.

Dios guarde á V. E. I. muchos años. Leon 9 de Octubre de 1866. =Manuel Echaburu.

Excmo. é Illmo. Sr. Obispo de esta Diócesis.

*Lo que por disposicion de S. E. I. el Obispo mi Señor se anuncia en este Boletin para que llegue á noticia de los Sres. Curas Párrocos á los efectos consiguientes. Leon 10 de Octubre de* 1866.—*Dr. D. Gavino Zuñeda, Canónigo Secretario.*

---

El Ilmo. Sr. Obispo de Guadix está recibiendo continuas é inequívocas muestras de afecto y simpatías por parte de los leoneses sin distincion de clases. Nuestro dignísimo Prelado no ha escaseado tampoco las manifestaciones de consideracion y aprecio hácia su nuevo Hermano. Invitado por S. E. I. celebró de Pontifical el Sr. Obispo de Guadix en la Catedral el dia de San Froilán, Patrono del Obispado. Esta circunstancia y la de estar dedicado al mismo Santo el Seminario Conciliar contribuyeron á que el Ilmo Sr. Brezmes aceptase con suma satisfaccion aquel honor, que fué completo, pues ofició, no como Obispo estraño, sinó con todo el aparato y ceremonial prescritos para el propio Diocesano.

El domingo 8 del actual pasó el nuevo Prelado á Marne pueblo de su naturaleza, donde con la correspondiente licencia de S. E. I. administró el Santo Sacramento de la Confirmacion. No es posible describir el entusiásmo con que aquellos sencillos y piadosos aldeanos recibieron al

Ilmo. Sr. Brezmes. Los pueblos inmediatos acudieron tambien á tomar parte en el regocijo, y aprovecharon la ocasion tan oportuna para que fuesen confirmados sus pequeñuelos.

La premura con que se compuso el número anterior á fin de referir en él la consagracion del Ilmo. Sr. Obispo de Guadix, verificada en el mismo dia de la publicacion del Boletin: no solo dió lugar á que parte de los ejemplares saliesen con algunos errores de imprenta, sino que impidió la insercion de las composiciones latinas unas, y castellanas otras con que fué celebrado aquel fausto suceso. Prescindimos de rectificar las equivocaciones, ya porque las principales quedaron corregidas en muchos de los ejemplares; ya porque el buen sentido de nuestros lectores habrá sabido repararlas. Mas por lo que hace á la omision de las composiciones, á tiempo estamos de subsanarla, y á la verdad que lo hacemos con sumo gusto, y seguros de que tambien le tendrán nuestros suscritores.

En los trasparentes de los balcones del Seminario se leian las siguientes bellisimas inscripciones, cuyo autor no es necesario nombrar para que sea conocido.

ILLMO. D. MARIANO BREZMES,
ACCITANÆ URBIS EPISCOPO,
QUI JAM JAM A PUERITIA
IN HOC SEMINARIO
totum confecit cursum
litterarium,
MAGISTERII MUNUS
te
RECTORIS PARTES
HONORIFICE EXPLEVIT
IN DIE CONSECRATIONIS
CATHEDRATICI ET ALUMNI EJUSDEM
LÆTITIÆ ET GRATITUDINIS
TESTIMONIUM PERHIBENT

Hæc, Mariane, domus, qua tot memoranda relinquis
Virtutum exempla, et pergrati pignus amoris,
Lætitia exultans te terque quaterque salutat.

Illmo. hujus Ecclesiæ capitulo,
ex quo novus exiit Episcopus
S. C. et A.

Exulta pariter legionis Ecclesia matrix,
Namque tuo gremio magna cum laude tulisti
Insignes pietate viros et dogmate cultos.

—

## Pro felici in sedem adventu vota faciunt
## S. C. et A.

Inunc feliciter, Præsul carissime, in urbem,
Immaculata Dei comitetur mater adusque:
Hoc, precibus fusis, iterumque iterumque rogamus.

—

## Episcopis consecrantibus
## S. C. et A.

Vos quoque, qui læti Domini benedicere servum,
Et manus imponere, atque caput perfundere sacro
Chrismate venistis; felicem ducite vitam,
Atque gregem vestrum custodiat inclyta Virgo.

—

## Seminario Conciliari Sancti Froylani.

Prælatos quatuor, quatuor tantummodo lustris,
Hæc domus ostentat prædoctos ejus in aulis;
Quæ tales habuit natos hoc tempore, mater
Producet similes, si auscultent verba parentis.

El Sr. D. Manuel Garrido, Arcipreste de esta Santa Iglesia Catedral, dedicó al que fuera su discípulo en el Seminario conciliar la siguiente poesía consignando en ella el pronóstico que hizo el Ilmo. Sr. Roda al presenciar un acto mayor público encomendado al jóven colegial, hoy Obispo de Guadix y Baza, en 16 de Junio de 1819.

## ILMO. D. D. MARIANO A BREZMES

EPISCOPO GUADIXENSI ET BASTITANO, D. EMMANUEL A GARRIDO ECLESIÆ CATHED. LEGIONEN. ARCHIPRESBITER, EJUSDEMQUE CATHEDRATICUS.

Venit summa dies, qua, tot labentibus annis,
Expletum video, quod jam prædixerat alter.
Sepius ¡ah! memini cum sacri dogmatis olim,
Meque regente tuo, publicum certamen haberes,

Qui astiterat Presul, forsan spiramine flatus,
Hæc mihi fatidico jam tunc prædixit ab ore:
*Sit puer iste tibi curæ, dilecte Magister,*
Quod cecinit, vates, perfectum cernimus omnes,
Dum manibus baculum, crucis ac in pectore formam
Gestas, Pontifici sacrum et venerabile signum.
Non opus est dicto, quantum me affecerit istud,
Profusus lacrymis ostendi gaudia mentis.
Restat ut ipse tui cognoscas vota Magistri:
Te Deus Omnipotens benedicat tempus in omne,
Gratia sanctificet, sapientia dirigat actus,
Muneris ut tanti valeas perferre labores.
Hoc erit in votis, dum sit mihi vita superstes,
Tuque tuis precibus pro me exorare memento.

Por último el Párroco de Fuentes de Ropel tambien ha subido al Parnaso para felicitar al Ilmo. Sr. D. Mariano Brezmes y Arredondo por su elevacion al Episcopado.

## AL ILUSTRÍSIMO SEÑOR
## DON MARIANO BREZMES,
### OBISPO DE GUADIX,
### EN EL DIA DE SU CONSAGRACION.

Ungido del Señor, Pastor amante,
De Grey que deparó la Providencia,
Y que estabais por cierto algo distante
De ver que se cumpliera su sentencia:
Varon de una virtud firme y constante
En quien brilla además sublime ciencia,
Recibid mi saludo en este dia
Memorable en Leon y Andalucía.
Con largueza premiar se sirva el Cielo,
—que á los justos jamás tiene en olvido,—
Vuestro afan amoroso y santo celo
Apóstol de bondad esclarecido:
Dichoso caminad al fértil suelo
Por historia remota enaltecido,
En que esperan con fé y gran aparato
Al digno sucesor de San Torcuato.

E. Rodriguez del Pino.

LEON 1866.—Imprenta y lit. de Manuel G. Redondo.